

di: ne lege vſa quid indignū ⁊ iniuſtū proferatis: nec de deo quicquid niſi verū dicatis. Et ſequit: Jeſus Marie fili⁹ dei nūcius ſuūq; ſpūs ⁊ verbū Marie celit⁹ miſſum extitit. Et. lxiij. ca. Inducit deū loquētē de Jeſu ⁊ dicētem: Ille vero nō fuit niſi vir tātū: cui multā bonitatē cōtulimur. Et. xiiij. ca. Inducit deū loquētē ad Jeſum: ⁊ dicētem: O Jeſu Marie fili/tu pſuades hominib⁹ vt dei loco te matremq; tuā duos dōs habeāt ⁊ venerent? Rſudit Jeſus: Nolit deus vt ego qd p̄ter verū dicaz. Et ſi ego protuli tu noſti: q; tu oīm ſecreta cordiū noſcēs mei cordis archanū penetras. Ego vō nequaquē tui. Tu ſcis itaq; me nil hominib⁹ niſi mādata tua dixiſſe: ſcilic; q; te deū meū atq; ſuū inuocēt ⁊ adorēt. Quoz q̄diu tibi placuit teſtis affui. Nunc aut tu qui es teſtis oīm: poſt q̄ ab illis ad te me ſublimati: eoz cognitor exiſtes. Et. xx. ca. in q̄r: Chriſtianos vero dicētes Jeſum eſſe filiū dei nugis aſſimulātur: confundat deus qui etiā ſuos ſacerdotes atq; p̄tūces Jeſumq; Marie filiū ſibi dños loco dei ſummētes venerant: cū ipſis p̄ceptū ſit nō niſi deū vnū adorare. Et in eodē ca. Nulla fides eſt increduloz: ſed error maximus. Haſ itaq; vt vidisti xpi blaſphemias diabolicus vir ille ⁊ plures ſuo libro inferuit. Haſ quotidie lego: nec me viſ irāſci. Non viſ me a ſe exprobandū moueri. Indignaris q; bene operor: q; tu forte nō bene operari intēdis. Sed hec mecum penſa: conuertere ad bonū. Accingere gladio et vna pcedam⁹ ad bellū: qm̄ pro victoria coronas promeremur eternas.

(Ca. xij.)

**De impedimētis retrahētib⁹ nos a martyrio**

**Q**uam iam multa diabolus adinuenerit: q; charitatem noſtrā aliquādo tepefaciūt: et martyrii deſideriū paulatim a nobis repellunt: que ſint illa p̄ ordinē enarrabimus: vt his abiectis ducē ⁊ dñm nrm Jeſum xpm ſequētes: velut expediti milites nihil aliud q; crucis arma feram⁹. Fortis ⁊ callid⁹ eſt hoſ noster: qui cū nos alijs onerib⁹ q; veris armis defari-

gatos inspicit: tãq̃ leo rugiẽs aliquẽ deuorare q̃rẽs circu-  
it: z tũc maxie oppugnamur: cum nos oppugnari nescim⁹.  
**S**edet in insidijs cũ diuitib⁹: in occultis vt inficiat inocẽ-  
tes. **O**culi eius in pauperem respiciũt. **I**nsidiatur in ab-  
scondito quasi leo in spelunca sua: vt rapiat pauperẽ. **E**t  
frondose arboris tecti ymbaculo molles somnos (vt ait  
**H**ierony. **H**ierony) futura preda subim⁹. **I**nde a sequela **J**esu xpi  
z tanti opis merito nos impedit mundi amor: ligatos: stri-  
ctosq; tenent diuitie: psequitur luxuria. **I**nde venit me⁹  
vult mihi deus esse p xpo. **E**t sic insequitur nos callidis-  
sim⁹ hostis mōstrũ: horrẽdũ: ingẽs: cui quot sũt co: pore  
plume: tot vigiles oculi subtermirabile dictu. **E**t vt alibi  
**V**irgilius. nobilis poeta ait: **T**u potes vnanimos armare in plia fra-  
tres: Atq; odijẽ vsare domos: tu verbera tectis. **F**unere  
asq; iſerre faces: tibi nomia millemille nocẽdi artes. **I**bo  
**C**yprianus. **C**yprianus libello de zelo z liuore inq̃t: **C**ircuit ille nos  
singulos z tanq̃ hostis clausos obsidẽs muros explorat:  
z temptat an sit pars aliqua mẽbroz minus stabilis: z mi-  
nus sita: cuius aditu ad interiora penetret. **O**ffert oculis  
formas illecebras z faciles voluptates: vt visu destruat  
castitatẽ. **A**ures p canorã musicã tẽptat: vt soni dulcioris  
auditu soluat z molliat xpianũ vigorẽ. **L**inguã conuicio  
puocat. **M**anus iniurijs laceſcẽtib⁹ ad petulantia cor-  
dis instigat. **E**t fraudatorẽ faciat: lucra opponit iniusta.  
**E**t animã pecunia capiat: ostẽdit pnitiosa cõpẽdia. **H**o-  
nores terrenos pmittit: vt celestes adimat. **O**stẽtat fal-  
sa vt vera surripiat. **E**t cũ latent nõ põt fallere: exerte at-  
q; apte minat: tẽrozẽ turbide pſecutiõis intẽtans. **A**d de-  
bellãdos seruos dei inquietus sp: z sp infestus. **I**n pace  
subdolos: in pſecutiõẽ violẽtus. **O**brẽ fratres dilectis-  
simi cõtra omnes diaboli: vel fallaces insidias: vel aptas  
minas stare debet instructus animus: z armatus tã para-  
tus semp ad repugnandũ: q̃ semp patus inimicus ad im-  
pugnandũ. **H**ec ille. **H**os ergo q̃ xpi discipuli esse volu-  
mus: quare sic miserabilẽ seduci patimur? **C**ur ad marty-

rium hoc necessario tpe: p nomis christi gloria velle acce-  
dere iactamur: et timido animo p̄gimus: **C**ur p̄fectā hāc  
charitatem inanibus verbis pollicemur: et a mundi illece-  
bris et diuitijs strictis vinculis nos alligari et detineri p̄-  
mittim⁹: **P**erfectus em̄ christi seru⁹ (vt ait Hieronym⁹)  
si aliquid p̄ter x̄pm̄ habet p̄fectus nō est. **C**ur ergo si p̄se-  
cti nō sumus deo p̄fectos fore sumus ante mentiti? **D**e-  
s autem qui mentitur occidit animam. **I**gitur vt concludā  
si perfecti sumus cur mundi voluptates et bona conside-  
ram⁹ paterna? **S**i non perfecti: cur inanibus verbis dñm  
fefellimus: qui quoridie clamat et dicit: **S**i quis vult ve-  
nire post me abneget semetip̄m et tollat crucem suā et se-  
quatur me: et nos diuicijs onusti arbitramur x̄pm̄ sequi?  
**A**udiamus **J**ohannem qui nos et hortat⁹: et spirituali vo-  
ce cōtestās ait: **N**olite diligere mundū: neq; ea que in  
mundo sunt. **S**i quis dilexerit mundum non est charitas  
patris in illo: quoniam omne quod in mūdo est concupi-  
scentia carnis est: et concupiscentia oculorū et ambitio se-  
culi: que non est a patre: sed ex concupiscentia seculi: et  
mundus transibit et concupiscentia eius. **Q**ui autem se-  
cerit voluntatem dei manebit in eternū: quomodo et de-  
us manet in eternum. **H**ec **J**ohānes in prima epla. **I**deo  
ait **H**ieronymus: **I**d enī quod in presenti seculo est: mo-  
mentaneum est ac leue. **E**t subdit. **R**espuantur ergo ho-  
nores: despiciantur diuine: ipsa quoq; vita nostra marty-  
rij amore contemnatur. **E**t **C**yprian⁹ libello de lapsis pul-  
cherrime ait: **D**ecepit mltos patrimonij sui amor cec⁹: nō  
ad recedendū parati aut expediti esse potuefr: q̄s facul-  
tates sue velut cōpodes ligauēfr. **A**lla fuefr a remanēti-  
bus vīcula: ille cathene quib⁹ virtus retardata ē: et fides  
pressa: et mens vincta: et anima preclusa: vt serpenti ter-  
ram fm̄ sententiam dei deuoranti preda et cib⁹ fierent: q̄  
trestrib⁹ ihererēt. **U**n̄ dñs: **S**i vis p̄fect⁹ eē: vade et v̄de  
oīa q̄ hēs et da paupib⁹: et seq̄re me. **S**i h̄ diuites facerēt p̄  
diuitias nō p̄irēt: eēt in celo cor: aīus et sēs: si thesaur⁹ eēt

**J**ohannes.

**H**ierony.

**C**yprianus.

in celo. **N**ec vinci a seculo posset: q̄ vñ viceret in seculo nō haberet: sequeret dñm solus: et liber: vt ap̄lus et s̄b aposto-  
lis multi: sequi aut̄ xpm̄ quomodo possunt: qui patrimo-  
nij vinculo detinent. **N**ut quō petūt celū et ad sublimia et  
alta cōscēdūt: qui terrenis cupiditatib⁹ grauant: **P**ossi-  
dere se credūt qui potius possident. **M**ensus sui serui: nec  
pecūie sue dñi: sed magis pecunie sue mācipati. **H**ec ille.  
**N**on ergo ab hoc factō ope vt nec ab alijs: si illud hoc ne-  
cessario tpe p̄sequi optamus: diuitie: aut t̄palia queq̄ li-  
gatos nos teneāt. **E**t vt te exemplo meo cōmoueat: audi  
que loquar: **E**go cū hic **C**ōstantinopoli lris grecis inten-  
derē: et audierim a viro clarissimo fratre **J**ohanne de ras-  
gusio ex fratrib⁹ p̄dicatoꝝ (qui p̄ ecclie latinoꝝ et grecoꝝ  
vnione/ a basilicēsi p̄cilio legatus huc aduenerat: et me vt  
dulcissimus pater fouebat et amabat) q̄ venalē paruo p̄-  
cio infiniti valoris margaritā: tres sancti francisci venera-  
biles et veri fratres secū portauerant: frat̄ scilicet **P**etr⁹  
de Bethonto: frater **A**ngel⁹ de **C**stulo italice. **E**t frater  
**P**etrus alemann⁹ de **M**agūtia qui huc alibi accessuri ve-  
nerat illā emere p̄posse decreui. **C**lenditis ergo alijs om̄i-  
bus: et deficiēte aliquali pecuniola: ne etiaz libros grecos  
quos et admirabiles et magno labore mihi cōparauerā v̄-  
dere coactus essem: margaritā hanc p̄ciosissimā relinque-  
re itēdebā. **S**ed iuuāte dño valui om̄ia v̄dere: quo p̄cio  
thezaurū illū infinitū subarraui: et plene possidere in pro-  
ximo spero. **N**am licet solū p̄me tōsure secularis clericus  
sim: nec spiritali vita exercit⁹: fidem tñ in xpo teneo certā  
antiquoꝝ martyꝝ exēplis edoct⁹: q̄ discrete sperantē in  
se dñs minime derelinquet. **I**nstat et iterū contra nos de-  
mon penaz et tormētoꝝ horrore: teneritudinē corp̄is ostē-  
dens et mēbroꝝ: vt vix puncturā acus sine magno dolore  
sufferre possim⁹. **A**ddēs meli⁹ certe id esse: si ab hac nūc  
nos retraham⁹ cōfessione dum licet: q̄ tunc penis deuicti  
xpm̄ negare cogamur. **S**ed hāc demonis astutiā rememo-  
ratione eoꝝ que supra scripsim⁹ vincim⁹: et q̄ ne quis tor-

menta etiā parua sine xpi adiutorio sufferre posset: nō ro-  
bustissim⁹ quisq; vt supra nobis declarauit **Lactāti⁹**: et tū  
maxima queq; tormenta pueri et muliercule inspirata pa-  
tiētia taciti vicerūt: vt toto se corpe dilacerari et vri suffe-  
rentes: nec gemitū emittebāt. Nam de **Felicitate** quadā  
africana legit: que cū grauida esset et vna cū **Renouato**  
fratre suo et **Saturnino** et **Perpetua** genere nobilissima  
p xpi nois p̄fessioe carceri māciparet: illāq; part⁹ dolores  
inuaderēt. Et ad eā ex custodib⁹ vn⁹ dixerit: **Quid facies**  
femina cū corā prefecto crudelissimis cruciaberis tormē-  
tis: qm̄ nūc naturali dolore sic impatiēter grauaris? **Re-**  
**spōdit**: hic ego pro me patior: ibi xps ipse pro me patiet̄.  
**Quare** vt multoz sic hui⁹ sacte mulieris exēplo edoceri  
possum⁹: q̄ que nre virtutis esse nō possunt: deo relinque-  
da sunt: nobis fides solū cū charitate querēda: qd̄ si p̄fē-  
cerim⁹: educet ipse nos de laqueo venātū et de om̄i xbo  
aspero. Nam dic frater q̄s delicatior **Agnete** aut **Blan-**  
**dina** de qua in sequētib⁹ enarrabim⁹: **Quis** tenerior **Ka-**  
**therina**? **Quis** mollior et pulchrior **Pantaleone**: **Christi-**  
**na**: **Clito**: **Pangrati**: **Adriano** et alijs innumerabilib⁹: q̄  
adiutorio xpi maxima vicerūt tormēta: dicente p̄pheta:  
**Si** ambulauero in medio vmbre mortis: nō timebo mala:  
qm̄ tu mecū es dñe. **Ampli⁹** cōtra nos instat et risibili⁹ de-  
mon: et ante oculos nros pudorē et irrisiones pponit: que  
ex hac sctā p̄fessione a mūdi hui⁹ hominib⁹ nobis pueni-  
re possunt. **Qd̄** nos faciliter paruipēdere possum⁹: si q̄-  
tas derisiones et ptumelias pro nra redēptioe xpus susce-  
perit inspiciam⁹: et nos seruos nō arrogāter dño nro p̄po-  
ni velim⁹. Nam vt ait **Gregori⁹**: **Si** xpi passio ad memo-  
riam reuocet̄: nihil adeo durū q̄ nō equo animo tolleret̄.  
**Illusus** etenim ille et xbis et operib⁹ turpiter fuit. Nam vt  
scripsit **Lucas** cū diceret: **Non** est mortua puella: s̄ dor-  
mit: deridebāt eū. Et cū de auaritia reprehēdisset phari-  
seos: **Facite** vobis amicos de māmōna. **Audiētes** phari-  
sei qui erāt auari deridebāt eū. Et vt scribit **Johānes** di-

**Lactātius.**

**Felicitas.**  
**Renouatus**  
**Saturnin⁹.**  
**Perpetua.**

**Agnes.** **Blā-**  
**dina.** **Cathe-**  
**rina.** **Pan-**  
**tale.** **Chri-**  
**stina.** **Clitus.**  
**Pangrati⁹**  
**Adrianus.**

**Gregorius.**

**Lucas.**

gerunt illi: **N**onne benedicimus nos: quia samaritanus es  
et demonium habes. **Q**uid de illo dicemus ut scribit **L**ucas:  
et ipso predicante repleti sunt omnes in synagoga eorum  
ira: et eijciētes eum extra ciuitatem voluerunt precipitare de  
supercilio montis. **E**t iterum ad lapidandum ipsum lapides sustu-  
lerunt. **R**ogitemus etiam delicati milites: qualiter dux nos-  
ter in domo **C**ayphe pontificis fuerit delusus. **N**am qui illu-  
debat ei dicebant: **P**rophetiza nobis qui te percussit. **S**i  
similiter in pretorio pilati genuflexi ante eum illudebant ei  
dicentes: **A**ue rex iudeorum. **E**t missus ad herodem spreuit illum  
herodes cum toto exercitu suo. **Q**uid derisionis parui cor-  
de timere poterimus: si recordari velimus: quod fuit spinis  
cordatus: et arundo loco sceptri posita in manu eius: spues-  
bantque in faciem illius: et nunc veste purpurea: nunc alba ves-  
titus erat. **Q**uid de eo quod ulterius scribit **L**ucas dicere  
poterimus: quod cum esset in patibulo crucis illudebant ei mi-  
lites dicentes: **A**lios saluos fecit seipsum aut saluum facere  
non potest. **E**t pretereuntes blasphemabant eum: mouentes  
capita sua. **A**t nos insensati nec verbum minimum: pro illius  
nomine gloria et nostra salute sufferre possumus. **T**imemus insu-  
per delicati nimium detractioes et murmuraciones valde:  
non nostram considerantes ingloriam: sed veluti ibelles dor-  
miendo et ludendo in illius regnum posse intrare putamus.  
**N**olumus intelligere **P**aulum dicentem: quod pro multis tribula-  
tiones oportet nos introire in regnum celorum. **N**olumus  
corde suscipere que christo domino nostro occulte iudei int se lo-  
quendo et nequiter iudicando: et inter alios palam mani-  
feste detraxerunt. **D**ixit namque phariseus intra se cum quo  
comedebat christus: **H**ic si esset propheta sciret utique qualis  
esset que illum tangit: quoniam peccatrix est. **D**icebant simi-  
liter et discipulis suis pharisei: **Q**uare cum publicanis et pec-  
catoribus manducat et bibit magister vester? **A**lij dicebant:  
**I**n beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. **E**t alij: non  
est hic homo qui sabbatum non custodit: et scimus quod hic homo peccator  
est. **E**t alij eum habere demonium asserabant. **C**ontradicebant et

illi dicentes: **Tu** de teipso testimonium perhibes: testimo-  
nium tuum non est verum. **Et** in eodem **Johannis** euan-  
gelio. **Quinquaginta** annos nondum habes et abraam vi-  
disti: **Dicebant** et illum malefactorē et populi seductorez  
cū dicerent: **Dñe** recordari sumus q̄ seductor ille. **Infi-**  
**tas** pene detractiones de dño nro ex euāgelio quis elice-  
re potest: et nos paucas timemus. **Uiles** eteniz homines  
huiusmodi detractores sunt: qui cum suis operibus pla-  
cere non possunt: increpatione aliorum placere volunt: ac  
alterius vituperatione se laudari putant. **Quare** et a sapi-  
ente parui pendenda sunt. **Itz** vt **Hieronymus** scripsit ad  
furiam: fieri quid non potest vt absq̄ morſu hominū vite  
huius curricula quis p̄transseat: malozūq̄ sollatiū est bo-  
nos carpere: dum peccantiū multitudine putant culpam  
minui peccatorū. **Sed** recordemur q̄ scriptū est: **Omnis**  
**detractor** eradicabitur de ceru sanctorz. **Instat** et fortius  
contra nos demon: timorē mortis nob̄ incutiēs: vt nō so-  
lum arduū hoc opus nos ipsi aggredere audeam⁹: sed fer-  
uentes ad hoc alios proposse aliū de phibere conamur.  
**Rec** tunc **Hieronymi** recordamur dicentis: **In** transitū  
suo non se cogitet xp̄ianū qui p̄ xp̄o mori nō inuenit p̄-  
paratū. **Et** idē: **Si** xp̄s p̄ nob̄ posuit animā suā: sic et nos  
si opus est: p̄ veritate q̄ ipse de⁹ est debem⁹ animā pone-  
re. **Et** ideo exhortās nos dñs ad mortē p̄ illius nomie (si  
opus sit) sustinēdam ait: **Qui** amat animā suā p̄det eā: et  
qui mihi ministrat sequatur: hoc est: me imitet vt decla-  
rat **Augustinus**. **Unde** et ipse ait: **Si** cupis vitā tenere cū  
xp̄o: noli mortē timere p̄ xp̄o. **Et** **Cyprianus** libro de mor-  
talitate dixit: **Mori** plane timeat ille: q̄ ex aqua et spiritu  
nō renat⁹ gehēne ignib⁹ mancipat⁹: mori timeat q̄ nō xp̄i  
cruce et passiōe cēset. **Et** s̄ dicit: **Mortalitas** ista iudis et gē-  
tib⁹ et xp̄i hostib⁹ pestis ē: si fuis excessus salutaris ē: h̄ il-  
le. **Quis** igit̄ nō p̄gre p̄stitit⁹ p̄peret in patriā ingredi:  
**Quis** nō ad suos nauigare festinās: vētū p̄sperū: cupid⁹  
optet: vt velocit̄ caros liceat āplecti: **P̄ria** nra paradisus  
est. **Sum⁹** enī in h̄ mūdo tāq̄ hospites et p̄grini. **Magis**

Hierony.

Augustin⁹.  
Cyprianus.

**Cyprianus.**

illic nos caroz numerus expectat parentū: fratruū: filio-  
rum amicozū: frequēs nos illic ⁊ copiosa turba desiderat  
**Q**uid ergo nō properamus ⁊ currimus: vt patriā nostraz  
videre vt nobis charissimos salutare possim⁹? **Q**uia illis  
⁊ nobis in ꝓmune leticia erit? **S**im⁹ ergo dilectissimi mē-  
te integra: fide firma: virtute robusta: ad omnē dei volū-  
tatem parati: pauore mortis excluso: immortalitatē que se-  
quitur cogitemus: audiamusq; **C**yprianum mirabiliter  
ad hoc nos exhortantē ac pulcherrime dicentē: **E**ius est  
etenim mortē timere: q̄ ad christū nolit ire. **E**i⁹ est ad chri-  
stū nolle ire: qui se nō credit cum christo incipere regna-  
re. **S**criptū est iustum fide viuere. **S**i iust⁹ es ⁊ fide viuus:  
**S**i vere in domo credis: cur nō cū christo dño futurus: et  
de dñi pollicitatiōe securus? **L**eterū: quid aliud in mun-  
do q̄ pugna aduersus diaboluz quotidie geritur? q̄ ad-  
uersum iacula eius ⁊ tela: confictatiōibus assiduis dimi-  
catur? **C**um auaritia nobis: cū impudicitia: cū ambitioe  
congressio est: cū carnalibus vicijs: cum illecebris secula-  
ribus assidua ⁊ molesta luctatio est obsessa mens homi-  
nis ⁊ vndiq; diaboli infestatiōe vallata. **E**t occurrit in  
singulis: vix resistit. **S**i auaricia prostrata est: exurgit libi-  
do: si libido compressa est: succedit ambitio: si ambitio cō-  
tempta est ira exasperat: superbia inflat: vinolētia immu-  
mutat: inuidia cōcordiā rumpit: amicitia zelus ascindit.  
**L**ogeris maledicere q̄ diuina lex prohibet: compelleris  
iurare quod non licet. **T**ot persecutiones animus quoti-  
die patitur: tot periculis pectus vrgetur. **E**t delectat hic  
inē diaboli gladios stare. **Q**uis nō tristitia carere optat?  
**Q**uis non ad leticiam venire festinet? **U**nde dominus:  
iterum videbo vos ⁊ gaudebit cor vestrum: ⁊ gaudiū ve-  
struz non tolletur a vobis. **C**ū ergo christū videre gaude-  
re sit: nec possit eē gaudiū nrm nisi quis viderit xpm: que  
cecitas animi? que ve dementia amare pressuras et pu-  
gnas ⁊ lachrymas mōi: ⁊ nō festinare poti⁹ ad gaudiū qd  
nūq; possit auferri? **H**oc aut fratres dilectissimi iō sit qz



fides deest: quia nemo credit vera esse que pmittit dñs  
qui verax est: cuius sermo credentib⁹ eternus ⁊ firm⁹. **S**i  
tibi vir grauis ⁊ laudabilis aliqd polliceret: haberes pol  
licenti fidem: nec te falli aut decipi ab eo crederes: quem  
scire in s̄monibus ⁊ in actibus suis scires: deus tecū loq̄  
rur: ⁊ tu mente incredula p̄fidus fluctuas: de⁹ de hoc mū  
do recedenti tibi imortalitatē atq; eternitatē pollicet: et  
dubitas. **H**oc est dñm omnino nō nosse: hoc est xpm cre  
dentiū ⁊ magistrū: peccato incredulitatis offēdere. **H**ec  
sic **Cyprian⁹** vt vidimus mirabilē explicuit: nec pprio  
ra ab alio excogitari posse credim⁹: vt ea de illo re vīda  
mus: que supra verbis expressit **Lactātius**. **I**lli⁹ ergo di  
eta opibus impleamus. **M**ortē p̄ laude dei ⁊ p̄imi chari  
tate causa instāte subire nō dubitem⁹: q̄ velimus nolim⁹  
abesse lōgius nō pōt. **N**ā vt ait **Hieronym⁹** ad **Eliodor⁹** **H**ierony.  
de excessu: **S**i nō gentos vite excederemus annos: vt an  
te diluuiū humanū viuebat genus ⁊ **Bathuselem** nobis  
tēpora donarent: tamē nihil esset p̄terita longitudo: que  
esse desisset. **E**tē inter eū q̄ decē vixit annos: ⁊ eum q̄  
mille: postq̄ idē finis vite aduenerit: ⁊ irrecupabilis mor  
tis necessitas: omne trāfactū tantū dē est: nisi q̄ magis se  
nex onustus peccatorū fasce p̄ficiscit. **E**t infra: **S**ētis ne  
obsecro te: quādo infans: qm̄ puer: qm̄ iuuenis: qm̄ robuste  
etatis: quando senex fact⁹ sis: **Q**uotidie morimur: quo  
tidie cōmutamur: ⁊ tamē eternal nos credim⁹. **H**oc ipsuz  
qd̄ dico: qd̄ scribit: qd̄ relego: qd̄ emēdo de vita mea tra  
bitur. **Q**uot pūcta notarij tot meoz dāna sunt tēpor: so  
lū habem⁹ lucrū qd̄ xpi nobis amore sociamur. **H**ec ille.  
**I**sta ergo p̄semus charissimi: hec mēti isigam⁹: dicam⁹  
q̄ cum ap̄lo quotidie morior p̄pter v̄sam gl̄iam fratres.  
**N**ā sic vno modo **Plato** p̄hiam diffiniuit: hoc est omniū  
sapiētū vitā meditatiōez esse mortis: qd̄ p̄hi ⁊ sancti no  
stri maxime laudauerūt. **I**deo **Hesiodus** mortaliū tan  
ta mala p̄pendēs: natales hominū plāgit: in funere gau  
dens: ait enim sic in theogonia. **H**esiodus.

Alit ⁊ ſtra nos fortiffime ſultat antiquo hoſtis ⁊ ſub ſpe  
pietatis: hāc ſi acceperim⁹ viā relinq̄ndā ſuadē conaſ: lo  
cat añ oculos n̄ros p̄rem ſenē: oſtēdit matrē: q̄ laborib⁹ no  
ſtris ſuſtētāſ: v̄l ſuſtētari ſperāt: q̄ ſpe ⁊ amore n̄ri iocū de  
viuūt: ⁊ morte n̄ra n̄miū cruciādos declarat. **Propōit ⁊**  
**v̄xorē ipudice tra ctādā: dulces filios alio ī latē collocat:**  
q̄s diuīa lex educare ⁊ ſuſtētare p̄cipit. **Et ſic xp̄s ī pecto**  
**re n̄ro callid⁹ adūſari⁹ occidere conaſ.** **Sz illū fortiffime**  
**ſupabim⁹: q̄n nos p̄ noīe Ihu nō m̄fi parſuros eē: nō p̄fi:**  
**nō v̄xori: nō filijs: recordabimur: ne illo q̄ p̄miū ē īfinitū**  
**⁊ eternū nos ipos indignos reddamus. Uñ pulcherrime**  
**Hierony. ad Eliodoꝝ ait: Licet paru⁹ e collo p̄deat ne**  
**pos: licet ſparſo crine ⁊ ſciſſis veſtibus v̄bera quibus nu**  
**trierat mater oſtentet: licet in limine pater iaceat: per cal**  
**catum perge patrem: ſiccis oculis ad verilluz crucis euo**  
**la: pietatis eſt genus in hac re eſſe crudelem: veniet po**  
**ſtea dies: quo victor reuertaris in patriam: quo hieroſo**  
**lymam celeſtez vir fortis coronat⁹ īcedas. Et infra ſub**  
**dit: At ſcriptura p̄cipit parentibus obſequendū: ſed q̄**  
**cunq; eos ſupra xp̄m amat perdit animā ſuaz. Et ſubdit:**  
**Dñō paſſuro timide cōſulens Petrus ſcādālū fuit. Pau**  
**lus retinentibus fratribus ne hieroſolymā p̄geret reſpō**  
**dit: Quid facitis plorātes ⁊ turbantes cor meū: Ego eñ**  
**non ſolum ligari: ſed ⁊ mori in hieroſalē paratus ſum pro**  
**nomie domini Ieſu chriſti. Aries iſte pietatis quo fides**  
**quatitur euangely mucrone recidēdus eſt. Mater mea**  
**⁊ fratres mei hi ſunt quicunq; faciunt uoluntatem patris**  
**mei qui in celis eſt. Si credunt chriſto: faueant mihi pro**  
**eius nomine pugnāturo. Si non credūt: mortui ſepeliant**  
**mortuos ſuos. Hec Hieronymus. Qui v̄lteri⁹ p̄bar: non**  
**ſolū hec pro martyrio (vt ipſe ait) ſienda: ſed contemptu**  
**ſeculi fortiter proſequenda. Nec in hoc ſancto p̄poſito**  
**v̄rgente cauſa cogitādū eſt de v̄xore: aut de filijs quos**  
**ſui martyris meritis nō relictur⁹ ē dñs. Uñ Grego. in fine**  
**libi ſcōi dialogoz ait: Dubiū Petre nō ē q̄ m̄tra valeāt**

Hierony.

Gregorius.

martyres signa mōstrare: sic et faciūt et pura mēte q̄rētib⁹  
innumera miracula oñdūt. Legim⁹ tñ d̄ **Marcellian⁹** et **Mar-**  
**co** fratrib⁹ geminis: et clarissimis viris q̄ cū ad decollādū  
p̄ p̄fessione xp̄i ducerent: occurrerētq; parētes et vxores:  
q; illoꝝ blandimentis et paruuloꝝ filioꝝ aspectu demol-  
liti fuerint: quod vir sanctissimus **Sebastian⁹** perpendēs  
exclamauit ad illos: **O** fortissimi milites nolite p̄ misera  
blandimenta coronam deponere sempiternam: et inde ad  
parētes cōuersus inquit: Nolite timere: nō separabunt̄ a  
vobis: sed vadunt parare vobis sydereas mansiōes: qui  
reassūptis viribus cursū suū non solū ipsi: sed et parētes  
et alij q̄ aduenerāt gloriosissimū pegerūt. Sed miraculū  
certe fuit de nobilissima **Perpetua**: q̄ cū corā p̄fecto pro  
xp̄i nomis cōfessione sisteret: et adiudicari deberet: parē-  
tes et vir ei⁹ offerētes paruulū q̄ lactabat: diuisisq; blādi-  
mētis exq̄rerēt: q̄ cū illi viuere vellet moueri nullaten⁹ po-  
tuit: dicebat ei: Recedite a me inimici dei q; nō noui vos:  
q̄ itez flētes pueri collo ei⁹ applicuerūt: et p̄cib⁹ p̄cabant̄  
q; paruulo saltē parceret quē enutrire pueniebat et uiue-  
ret: sed abiecto a se puero nullis illa mouet flētibus: aut vo-  
ces vllas tractabil̄ audit. Mens imota manet: lachryme  
voluūtur inanes. Que deū vna cū **Satyro** adiudicata fu-  
it leonib⁹ deuoranda.

**Marcellian⁹**  
**Parce⁹**

**Sebastian⁹**.

**Perpetua**.

**Virgilius**.

**De his q̄ xp̄m negarūt quō debēt redire ad pe-**

**Q**uoniam scim⁹ mirimos alii **(nitena. La. xii)**  
q̄s extetisse q̄ xp̄m dñm et creatore suū abnega-  
re nō sūt veriti: illos ex tota volūtate p̄posse  
ad penitētiā reuocare optarē. Sed deest certe  
facultas: desūt vba: deest oportuna doctria. Qd̄ em̄ ego  
in tāto facinore deplorare possē: aut qb⁹ v̄bis tñ nephas  
p̄q̄ri: q; illos a tā scelesto crimine reuocarē: q̄ cor suū vt la-  
pidē indurarūt: et sola irētiōe pei⁹ exeq̄ndi h̄ p̄petrare vo-  
lueſt. Eloq̄ntia hic esset **Licerōis** necessaria. Sacraz scri-  
pturaz pitie nō pua: s̄ qlē **Hieronym⁹** habuit vt **Augu-**  
**gustinus**. Vellet cor meum **Francisci** charitate ardere

**Hieronym⁹**  
**Augustin⁹**  
**Franciscus**.